Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26139
Copyright: Admont, Benediktinerstift

simulacrorum uel picturarum aspiciimus. easq; statuas togatas
uocamus. Toga autem in pace romani utebantur. belli autem
tempore paludamentis. mensura togae iuste si sex ulnas habeat.
Toga palmata dicebatur quam merebantur hi qui reportabant
de hostibus palmas. ipsa uocabatur et toga picta eo quod uicto
rias cum palmis intextas haberet. Toga candida eademque cre
tata in qua candidati. i. magistratum petentes ambie
bant addita creta quo candidior insigniorque esset. Cicero in
oratione quam habuit contra competitores in toga candida sep
sit. Cinctus gabinus est cum ita imponitur toga ut togae la
cinia quae post secus reicitur attrahitur ad pectus ita ut ex
utroque latere ex humeris picturae pendeant. ut sacerdotes
gentilium faciebant aut cingebantur protores. Trabea erat
togae species ex purpura et cocco. quo opti romanorum reges
initio procedebant. hanc primum romulus adinuenit. ad
discretionem regiae habitus. Trabea autem dicta quod in maiore
gratia hominem transbearet. hoc est ultra ceteros posterum ampliore
dignitate honoris ditaret. Paludamentum erat insigne paluum
imperatorum cocco purpuraque et auro distinctum. De quo salustius
togam inquit paludamentum uocauit. Erat autem pallium bellicum
dictum ut alii quibus uidetur quod eo induti pala facerent imperatorum
bellum futurum. Curtum textum est quod grece ciclas dicitur de quo
uirgilius. et curtum textum croceo uelamur achanto. Curtum textum
autem dictum quod est rotundum pallium. Diplois grecum nomen ab eo
quod sit duplex amictus. oratius contra quem duplici panno
patientia uelat. Est autem uestis militaris cuius usus gallicis
primum expeditionibus cepit & praeda hostili de qua est uox illa
senatui. togis depositis quirites ad saga fuerant. Sagum autem
gallicum nomen est dictum autem sagum quadrum eo quod apud eos primum